



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

De restitutionibus interuenientibus inter coniugos. Cap. XXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

alia bona, filium sibi v'surpasse.

¶ Et idem dicendum esse videtur de filio familias, si bona sua aduenticia, quorum v'su fructu potitur pater, sibi succipiat, quia talia bona, dum pater superstes est, in vita quo ad v'sum fructum tantum patri obueniunt. Hæc omnia Syluest. verbo peculium.

*e Bonâ aduentitiâ de iure debent acquiri patri. l.*

¶ Deinde silentio non est prætereunda illa quæstio de filio peregrinante, an cum est absens à domo paterna, quia verbi gratia in studio versatur, de bonis sibi pro v'ctu, vestituque collatis à patre, possit aliquid in ludo insumere, aut inde aliquid in elemosynas erogare. Cuius quæstionis meminit Sotus in de iustitia & iure cui proinde sic facit satis, dicens quod potest filius nobilis, cui versant in achademis studiorum, quotannis pro suis sumptibus, centum aurei, verbi gratia suppeditantur à patre quatuor, aut quinque illorum quotannis expendere in lusibus. Imo si ex illis centum aureis, quatuor, aut quinque illorum dissipet cum meretricibus, neque ipse, neque meretrix accipiens, excommunicationis sententia ex parte patris, si fulminetur, innodabuntur, quia liberi manent à restitutione, est Magistri Soti quæ sententia ex eo persuadetur, quia veresimilimum est, quod licet in peccatum filij nolit consentire talis ingenuus pater: tamen quod non tam austerus, aut rigidus esse velit, vt modicum tale nolit esse donatum à filio, quia bene norunt huiusmodi patres, suos filios iuuenes ista modica solitos esse donate, aut lusibus insumere, aut mulierculis elargiri.

*1. & per totum. c. de bon. mater. nu.*

*Q. 6. 5.*

*f Sotus lib. 4. de ius. sit. & iur. q. 7. art. 1.*

¶ De restitutionibus interuenientibus inter coniuges.

C A P. XXIII.

MOR ad prædicta consequens fit quæstio, de obligatione quæ potest oriri inter maritum, & uxorem, & contra quando sibi inuicem v'surpant sibi attinentia bona. Et primo de uxore inchoando sermonem dico. Primo quod vxor quæ sibi aut alteri accipit ex bonis mariti notabilem quantitatem, contra eius voluntatem pro cognatis, & pigmentis & lusibus, & aliis huiusmodi, obnoxia pro his acceptis fit restitutioni, auctore D. Thomæ

*Q. 6. 1.*

i 4 Thomæ



a *D. Tho.* Thoma. <sup>a</sup> Neque etiam ex bonis communibus, nisi in casibus infra dicendis, eleemosynam erogare potest.

22. q. 61.

art. 1.

Qd. 2.

b *Cord. de casib. conscient. q. 1. 5.*

¶ Sed iam instat difficultas huic materiae consona, an vxor saltem si non ex bonis mariti, ex bonis tamen communibus durate matrimonio partis: cum maritus magnificum, & liberalem se exhibet erga suos amicos largiter eis largiendo, possit & ipsa erga suos talem se exhibere, quaestionem hanc excitat frater Antonius Cordubensis. <sup>b</sup> ¶ Igitur secundum mentem eius dicendum videtur primo in Castellae regnis de bonis communibus, durante matrimonio partis, quia illorum administrator est vir, potest ipse citra licentiam vxoris, & absque eius consensu, etiam ipsa contrahente, via contractus onerosi, scilicet emptionis, & venditionis, vel via ludi, etiam substantiam dissipando (quidquid sit de peccato) insumere paulatim absque noxa restitutionis, donationesque non proprias, sed improprias, quales sunt pro remuneratione obsequiorum, & beneficiorum quibus fuit affectus facere dummodo haec donationes remuneratoria, beneficiorum notabiliter merita, non excedant neque eas communicantur in fraudem, vt s. vxor sua parte defraudecur.

¶ Præterea quidquid libuerit vir sine fraude erogare potest, pro cultu Dei, animæque salute, peccatorumque suorum remissione. Quod etiam vere procedit, & in casu quo, multæ modicæ donationes, ita concurrerint, quod si in vnam constaræ omnes fuissent, notabilem conficerent quantitatem, & tantam vt simul, & semel, adeo immodica non posset impartiri à marito sine obligatione restitutionis, hoc est computandi eam in medietate sibi obuentura inde, aut in alijs sibi debitis bonis. Cuius primi dicti, & asseri rationem hanc reddit *Cord.* quia cum vir in Hispania administrator predictorum bonorum sit liber, quare non poterit, paulatim supradicto modo absque fraude impartiri alijs, quia sic paulatim donando, neque persentitur iactura, neque ea sit iniuria vxori, vt sic donatum in sua teneatur vir computare sorte. Licet culpa non careat, etiam paulatim iustibus, vel aliter ea bona dissipasse. Sicut etiam minutus pluries per minutiones modicas sanguinis, ex quibus simul iunctis, sanguinis videtur effluxisse magna copia, non sic extenuatus manet, sicut si simul, & semel



& semel minuto, ea ingens copia sanguinis eliceretur.

¶ Secundo dicitur si vir plures donationes, licet modicas contenderet facere in vxoris, filiorum, hæredumque eius fraudem, tenetur hunc excessum notabilem recompenſando, in ſua parte computare. Læſiſque iacturam ſarcire, perinde, ac ſi ſimul & ſemel, totam illam notabilem quantitatem alijs in præiudicium vxoris contuliſſet, ſimiliter ſi ſupelleſtilem aliquam in dote allatam, vel aliter vxoris donaliſſet poſt mariti obitum ipſa repetere poſteſt in iudicio, & ab eo recuperare, cui vir eius vendidit, vel dono contulit, quod ſi huiusmodi ſupelleſtilia detrita iam ſunt aut deteriorata, extimationem eius vxor ſecundum leges regni exigere poſeſt. ¶ Tertio dicimus mulierem, neque ex bonis à ſe allatis, nec ex bonis communibus, niſi licentia expreſſa, vel præſumpta mariti, præſerim in Hſpania, vbi maritus eorū bonorum adminiſtrator eſt poſſe donare. Quare ſecundū Nauar.<sup>d</sup> tenetur vxor computare in dotem, præterquam, quod peccauit etiam minutatim dando quadraginta aureo, ex ſua dote ſuæ nutriçi, quando à principio quadraginta aureos ei dare conſtituit.

¶ At ſtatim ipſa ſeries doctrinæ expoſcit ſcire, quænam dicatur licentia præſumpta, in prædicto caſu dico vt tradit Corduba tunc iſta licentia præſumpta eſſe cenſetur, quando vxor tantum aſſueta eſt largiri, ea quæ iuxta conſuetudinem iſuectam in terra, muliere conjugate reliquæ communiter ſolitæ ſunt, vel via eleemoſynæ vel gratitudinis, ex rebus domeſticis erogare. Cuiusmodi ſunt veſtes iam detrita, atque comeſtibilia, iuxta diuitias, qualitatem, ſtatum perſonarum, receptumque vſum terre videntibus id viris, & de eo complacentibus, & cõnuen- tibus. Sicq; inter præcanda ſunt leges quæ contrarium ſonare videntur, ſicque communiter doctores locis citatis Sylueſter. titul. dos vxor, donatio, eleemoſyna.

¶ Sed adhuc vltèrius peruenſtari contendimus, quid ſi vxor præter dotem, & arras attulit alia peculiaria bona ſcilicet paraphernalia tempore matrimonij cõtrahendi, vel poſtea per ipſam parata, an de his pro libito poſſit diſpenſare. Pro huius explanatione quaſtionis. ¶ Quarto dicimus, quando alicui conjugatæ fæminæ collata ſunt

c Vide Syl  
ueſt. tit. do  
natio. 1. q.  
1. & dona  
tio 2. q. 7.  
& tit. dos.  
& tit. ali-  
menta. &  
tit. eleemo-  
ſyna. &

Nauar. in  
ſum. Lat. c.  
17. nume.  
133. & m  
addit. ad  
idem. & ad  
cap 26. nu.  
36.  
Q6. 3.  
d Nauar-  
ſum. Lat.  
c 17. num.  
355.

Q6. 4.

1 5 præter



præter dotem, & arras, aliqua peculiaria bona pro libito eius diſtrahenda, & diſpendanda in ſibi placetis uſus: ſicut pleræque magnatum vxores ſolitæ ſunt hæc deſtinata ad ſuos uſus habere bona, tunc talia bona, tum expendere, tum etiam aliis largiri poterit licite, dum ea non diſſipauerit, vel ad malos uſus conuerterit, atque ideo maritus ei non in hoc obſtat. Ita Corduba cui ſuper hoc addit.

*e. Sum. c.* Nauarrus quod etiam vxor quando maritus eſt abſens, vel effectus eſt amens, quia ad eam tunc adminiſtratio domus pertinet, eas eleemoſynas poterit erogare, quæ maritus ſi præſens eſſet, vel ante amentiam, dum ualebat, ſolitus erat erogare, & non ad ſummum contra alios, ut

*Palud. in* Palude. ſed ſic limitandus eſt iuxta iſtam limitationem

*4. d. 19. q. 7.* Nauar. quod non poſſit in caſibus ad ſummum donare.

*3. ar. 6. co* ¶ Potest etiam vxor reuente marito, occulte extreme

*cluf. 2.* indigenti dum maritum non exponat periculo extreme indigendi, de rebus diſpenſare, ſicut poteſt iuxta morem patriæ eleemoſynas panis, aut uini impartiri, quamuis maritus, id ei expreſſe prohibeat, quia veriſimile eſt, id maritum ei interdiceret, non ut ab aſſueris rationabiliter dari abſtineat, ſed ne extra modum conſuetum eleemoſynas tribuat. Si autem ſibi perſuaſeatur vxor uinum uere nolle, ut ipſa ueram & moderatam, & conſuetam eleemoſynam faciat, & ab ea faciendâ abſtinere debet ſecundum Nauar. & D. Antoni. ſed certe licet nõ auſim à tam

*Anton.* illuſtrium Doctõrum ſententiâ diſcedere uideretur multo tali coniugata moderatæ diſpenſanti de rebus domus iuxta morem patriæ iniuriam irrogari per maritum prohibentem. Huic ſententiæ uideretur accedere doctiſſimus

*Magiſt. Ybañez* ubi ſuper 22. ait vxõrem poſſe dare conſuetam, imo 20. partem bonorum lucretio acquiſitorum per annum. Hæc conſuetudo quæ ſolita eſt tribuere iuriſdictionem inuexit, & ſi ei maritus interdicit, poſſe dare, ſed licet aliquid panis, vel uini modicum. Vnde niſi ratione uitandi ſcandali, & iurgia grania cum marito, non magno crimini ei uerterem, ſi in his viro nimis minuto, non obtemperaret, ſaluo potentium me docere, meliori uero

*h. i. Reg* ¶ Potens denique eſt vxor exemplum ſumens à nobili Abigail, quæ ſic fecit eleemoſynâ porrigere, ad cuius

25.



dum aliquod damnum temporaneum mariti. Eademque ratione, imo à fortiori, ad proprium damnum ſpirituale vitandum, vt cum maritus eſt malignus, & illa moderate largitur, vt Deus illum illuminet, vt reſpiſcat ad meliorem mentem, modo hoc ſecundum Nauar. ſine ſcandalo faciat argu. cap. nihil de preſcriptionibus.

¶ Item etiam ex ſibi aſſignato à viro pro victu certo, ſi inde parcius viuendo, & fraudando genium vxor aliquid ſi reliquat, & ſubtrahit in pauperes erogandum, illud pauperibus erogare ſancte valebit.

¶ Sed quid iam de paraphernalibus bonis, de quibus <sup>Q. 5.</sup> premiſimus quaſtionem. An de his ſine licentia mariti diſponere vxor poſſit. ¶ Reſpondet Nauarrus<sup>i</sup> ſi vxor <sup>i Nauar. c. 17. n. 107.</sup> bona paraphernalia habeat, de his ad voluntatem ſtatue-<sup>re</sup> poteſt, niſi vbi conſuetudo & ſtatuta prouinciæ, aliter <sup>155.</sup> decerneret: vt in Hiſpania videtur, ſiue lege, ſiue uſu inoleuiſſe, vt quia maritus adminiſtrator honorum vxoris eſt, neque de paraphernalibus ſine conſenſu viri poſſit vxor diſponere. Quare in hoc vt innuit Nauarrus & conſuetudini, & ſtatutis prouinciæ ducimus eſſe ſtandum.

¶ Adde quod ſi mulier ſufficientem attulerit dotem, ſi aliqua arte ſibi nota texendi, ſuendi, aut acu pingendi, vendendi, aut emendi via, vel alia ſimili non deferendo debitam adminiſtrationem domus aliquid lucrata eſt, poteſt de tali lucro decernere pro libito, diſponendo ſecundum Bartolum in lege Caio. ff. de alimen. & cibar. legat. modo, vt ſatis circunſpecte dixit Hoſtienſis, ſi ſua familia eo lucro non indigeat, quia alias ex præcepto charitatis, primo domesticis ſubueniendum eſt. <sup>k c. non ſa</sup> Et per <sup>ti. 86. diſt.</sup> hæc dicta putat Nauarrus poſſe componi opiniones con-<sup>trarias, gloſſæ, leg. ſicut. ff. de oper. liber. & Theologo- & ſi præ</sup> rum D. Thomæ, Ricardi, & Paludis. Hoc autem im-<sup>ies. c. de ſer</sup> mediate dictum, eatenus eſt verum, quatenus lucra non <sup>uit. & a-</sup> ſunt communia. Nam in omnibus Hiſpaniæ regnis vbi <sup>qua.</sup> communiter inter maritum & vxorem lucra ſunt com-  
munia, & adminiſtratio marito reſeruat, non lice-  
bit vxori etiam pinguem dotem afferenti, lucra duran-  
te matrimonio ſua induſtria, ac labore parta aliis  
donare.

¶ Sed dubitatio pro intelligentia prædictorum hic <sup>Q. 6.</sup> obuiat



obuiat scitu necessaria, quæ nam dicantur lucra commu-  
nia tempore diuortij inter virum & vxorem, quæ sunt di-  
uidenda? Respondeo dicendum, quod illa sola censentur  
lucra communia, quæ tempore diuortij inueniuntur in-  
crisfacta. Non autem reliqua iam dissipata, nam licet illa  
bona iam dilapidata, pro dimidio lucriferent vxori, ha-  
erifunt tamē reuocabiliter, ita quod maritus ad que-  
spectabat libera illorum administratio, potuit bene ve-  
male administrando, illa sibi, & vxori reuocare, vj tradit  
Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor: tamen non  
ro quod lucrum pecuniæ expositæ negociationi ante ma-  
trimonium, non dicitur commune, licet obueniat post  
cundum iuristas aliquos.

Q. 7. ¶ Sed certe dum dubium nitimur extricare hic, &

aliud offert intricatius, in quo Corduba in dicta que-  
stio. 125. & Nauarrus<sup>1</sup> non videtur tam aperte conuenire  
I Summa scilicet primo dubitatur quando vir non paulatim, sed  
Lat. c. 17. in excessiua quantitate ludendo, vel prodigendo bona  
hum. 155. communia, id est lucra communia dissipauit, an teneatur  
consumpta sic in suam partem adnumerare. Secundo  
quid si paulatim & minutatim bona, lucraque communia  
hæc, maritus abliguriuit scortationibus, & luxit, & lub-  
bus cum fraude tamen, ne postea vxori aut vxoris ha-  
redibus, post mortem eius aliquid obueniret in-  
de. ¶ Certe de hac quæstione non video doctores cla-  
re locutos, licet clare locuti fuerint de donationibus  
viro factis, sine fraude paulatim, & in modica quantita-  
te, tales donationes. s. non esse restituendas dicentes. So-  
cus si fuerunt etiam minimæ cum fraude: ex quibus resti-  
tat magna quantitas, quia tenetur eas in sua sorte com-  
putare, sicut etiam cum in immodica quantitate donantur.  
At de lapidatione dicendum restat.

¶ Dicimus ergo primo resoluētes quæstionem propo-  
sitam, scilicet quod si maritus lucra hæc communia dissi-  
pauit paulatim sine fraude, planum est ab ipso non esse  
re restituenda. Si autem sine fraude dissipauit ea excessi-  
ua consumptione, in ludis, luxu, credo esse de mente Na-  
uarrus quod non est astringendus vir, in hoc casu ad restitu-  
stiuenda. Nam inquit Nauarrus<sup>m</sup> quod quia maritus  
nam. 155. horum administrator est. potest ista lucra communia

m Summa  
Lat. c. 17.  
nam. 155.



male administrando illa sibi, & vxori renocare secundum Ioan. Lup. in rub. de don. inter vir. & vxor. Sed quid si hæc bona cum fraude ne obtineret suæ vxori pars sua, sic in Lusibus, & scortationibus, male distraxit. De hoc nihil Nauarrus, & Corduba sed credo, quia secundum leges sua fraus, & dolus nemini patrocinari debet, in conscientia partem sic fraudulenter dissipatam, vxori restituere tenetur & in sua parte computare.

¶ Sed quæritur adhuc quid de alienationibus & donationibus notabilis quantitatis & pensis. Nam de multis minutum factis sine fraude, iam ex mente Cordubæ dictum est, maritum sine obligatione restitutionis, eas posse facere responderet Nauarrus loco supra allegato, quod quoniam apud maritum est administratio, licet non possit alienare immobilia bona communia, vbi omnia bona vxoris & viri ipso iure communicantur, vt in Lusitania, tamen de mobilibus, etiam sine consensu vxoris valide donare potest, quia cū tota administratio sit apud ipsum, potest solus regulariter alienare bona communia mobilia etiam notabili donatione donando, duabus tamē accidentibus conditionibus: primo quod tenetur taliter donata computare in partem suam, imo facere quod id vxori suæ innotescat, vt in partitione tantundem plus sibi cedat.

¶ Secundo quod donatarius si credit maritum, id non manifestaturum vxori, neque in sua parte clam illud donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. Hæc omnia locum habent in terris vbi lucra inter virum & vxorem, sunt communia, quia ibi licet impensa viri prouida, vel prodiga diminuat lucra non tamen id facit donatio, quia hæc illi non permittitur, sicut illa.

¶ Nequid scitu dignum in hac materia subsilentio tracteamus, superaddimus adhuc & id difficultatis indagare, scilicet si mulier viderit virum, profuse & non in modica quantitate, semel, aut sæpe parentibus suis, alijsque personis amicis largitum fuisse. Quid facere licite possit tunc illa: vt suam redimat vexationem, sibi que recompenset. Ad hoc etiam dicitur quod nō defunt in hoc casu vxori licita, ac prompta remedia. Nam si mulier non sola ducta suspitione, sed euidenter perspectam habet maritum

Q. 8.

Q. 9.



ritum suum in fraudem ipsius vxoris, suorumque filiorum, suis parentibus, alijsque personis, semel, vel saepe in notabili quantitate largitum esse ipsa quoque secere potest licite tantundem suis parentibus, vel filijs suis susceptis ex alio marito, via recompensationis largiri, et filij ex alio marito isto suo iure defraudentur. Hoc citius dubium potest ipsa facere, quando per recursum ad iudicem, iurgia, ac notabilia inconuenientia securura timerentur, neque aliter iustitiam filiorum posset tutari. <sup>o</sup>

*n. Multi huic sententia calculi addunt*

*Card. Rod. Xarez. l. quonia. c. de inof. testamen. & Greg. Lopez. m. l. 8. gloss. penult. tit. 4. par. 4.*

*a Summa Lat. num. 160.*

*b l. si cum dote. §. si pater. ff. solut. matr. c. in §. sciē dum. l. i. c. de re. vxor. act. c. officij. de testamēt.*

¶ De lege Matritia circa dotem filiabus assignandam an taliter sit recepta quod in vtroque foro obliget.

CAP. XXV.

Iam & alia pertinentia ad hanc materiam perstant nobis diffinienda, scilicet aliter contingere in filio studio nutrito à patre, & aliter in creditore secundum Nauarrum <sup>2</sup> quia filius in parte sibi debita legitime computare sumptus alimentorum, quos in studio literarum dum versatur, à patre accepit non tenetur nisi peculiū strense habuisset apud patrem, vt diximus. At legatū relictum creditori per vltimam voluntatem, si cum creditore allegante antea debitum erat voluntarie contractum, tunc creditor legatarius non videtur teneri ad illud in recompensationem talis debiti computandū. Si autem debitum erat necessarium, praesumitur in foro exterrano, in recompensationem talis debiti necessarii legatario fuisse relictum: quare praeter solutionem legati non potest aliam solutionem pro debito expectare.

¶ Postquam diximus etiam peccare filium accipientem bona patris sine consensu patris, vel non permissa accipienti filio, cum animo cum remunerandi, & quod traditio requiritur vt libri & arma fiant bona castrensia, quae traditio requiritur fiat in vita patris. Addimus respectu matris filios non dici eius potestati mancipatos, quare si ea donauerit aliquid de suis paraphernalibus, in vita matris & in vita sua donatio, valida crit, in eo quod non est inofficiosa.

¶ Iam illa celeberrima venit in nostra tempestate quae sitio. De melioratione filiarum, in tertia & quinta parte